



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Concionatur Herbipoli.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

sociis curæ suæ creditis, & obedientiæ sanctæ in comunere, quod valdè indignus gereret, rectius ficeret satis. Faciebat id assiduè vigil exercitator præter quotidianam, & nunquam intermissam attentionem, ut identidem per annum, præcipue in anni veteris exitu, ac recētis allapsu, cùm purgaret commissa superioris temporis, tūm vires, animumque in futurum redintegraret.

Constitutis Prouinciæ rebus, nouoque collecto robore, tum multis præmunitus & suis, & alienis precibus, Heripolim ubi maturum fuit, reuertit. Respondit apparatu euentus. Quanquā ille suo instituto, ubique plusquam deberet, exoluens, & laborem laboribus onerans, non solum Ecclesiasten Episcopalem egit, sed etiam extraordinaria catechesi præcipue iuuentutem sibi instituendam sumpsit. Tum Sacerdotes, quorum è numero pauci vel formulam absoluendarum culparum nosse ferebantur, ritè edocendo curauit. Hæreticos aliquot reconciliauit Ecclesiæ: Iudicam quoque Virginem sacro baptismate consignauit: persuasit Episcopo, ut de sua Dioecesi rectius constituenda seriò cogitationem susciperet: quod statim doctis, ac sapientibus viris con-

1567.

*Concionatio  
Heripoli.**Et multa gress  
præstata.*

h 2 uoca-